Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



ne illorum longe facta est. Non est audita in chanaan neque visa e
in theman. Filii quoque asar qui exquisierunt prudentiam que
decora est negotiatores terre theman et fabulatores et exqui
sitores prudentie et intellegentie viam autem sapiente nescierunt
neque meminerunt semitarum eius. Quis erit quam magna est
domus dei et insens locus possessionis eius magnus et non hys
tum accommodum excelsus et immensus. Ibi fuerunt gigantes no
minati illi qui ab initio fuerunt statura magna scientes bel
lum. Non hos elegit dominus neque viam discipline invenerunt
propterea perierunt. Et quia non habuerunt sapiam perierunt
propter suam insipienciam. Quis ascendit celum et accepit eam
et deduxit eam de nubibus. Quis transgressus est mare et in
venit eam et attulit eam super aurum electum. Non est qui sciat vi
am eius neque excogitet semitas illius. Sed qui scit omnia novit
illam et adinvenit eam prudencia sua. Qui preparat terram in sem
piterno tempore et adimplevit eam pecudibus. Vocavit eam
et audivit eam in timore. Stelle autem dederunt lumen custodi
ens et letate sunt. Vocate sunt et dixerunt adsumus. Et luxuri
ent cum iocunditate. Qui fecit illas hic deus noster et non estimab
itur alius preter illum. Hic adinvenit omnem viam discipline et dedit
illam iacob puero suo et israel dilecto suo. Post hec in terris visus est
et cum hominibus conversatus est. Orem. Deus incommutabili
virtus et lumen eternum respice propicius ad vota ecclesie mirabile
sacramentum et da famulis tuis ut hoc quod devote agimus et gratam rec
titudine vite teneamus. Tract. Sicut cervus desiderat ad fon
tes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Sitivit anima mea ad dominum fortem vivum quan
do veniam et apparebo ante faciem dei mei. Fiunt mihi lacrime mee panes die ac